

148. 908, p. 3:

6-8

celum et terram. Igitur hic sps totus q̄ utilitate tali.  
allegorice locutus est. Et in simplicitatem historie =  
locutus est. Inde in libro Differentiarum ysidorus  
testatur hic declarat dicens. Ante omnem diem  
et ante omne tempus duas res condidit d̄s. Ange-  
licam videlicet creaturam. Et informem materiam.  
et inde moyses celum dixit pro informitate celestium  
id̄ angeli et anime. et terram dixit pro informi ma-  
teria terrestrium ex qua secunda die celum  
tertia die terram et mare formavit. Ex eadem  
materia informi que prima die cum angelis ex  
voluntate facta est. Alię omnes creature  
formate sunt aut alię ex aliis. Demonstrat  
bimus celum allegorice dictum esse pro informi-  
tate celestium et terram pro informitate terrestrium.  
Que informitas facilius deprehenditur in  
terrestribus quam in celestibus Augustinus in-  
chiridon ait. quomodo informi-  
tas in angelis intellegitur.  
Qui pene sic sunt ut fuerunt  
creati. De c̄b̄ autem hoc dicens.  
Informatio sp̄s d̄s creature  
non conversata ad creatorem.  
tali enim conversatione formatur